

*Lawro, & ceteris calculum frangentibus, Augusto mense iugulati, medius efficiens (nam primus tenuior, postremus c. asstior putatur) vase vitreo receptus, tectus linteo raro, Sole siccatus, etiam cum Myrrha, foliis Lawri, & similibus, calculum potenter frangere dicitur, Tralliano, Avicenna & ceteris practis.*

*Adipem & Medullam stantibus vasis recondi convenit.*

*Medulla loco sicco & edito, & Septentrionem spectanti reponitur, cum foliis Lawri siccis, ne putrescant, aut sicum ducant; qua iniuria in locis humidis Meridicem spectantibus eis accidit. sunt qui reponant bisariam, Adipum modo.*

## ADULTERIA SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM.

**A** *Acacia succo & carne Prunorum agrestium representatur, dolo parum malo, cum utraque viribus conveniant.*

*Aloës crassa partes & impura, lotionem separatam, aqua marina & Croco Mesua adulterantur: sed Croci odor dolum aperit. Alii Acacia, alii Gummi immiscendo adulterant: tuncque minus est ad minima friabilis; & odor & sapor est alius.*

*Ambra,*

*Ambra*, pulvere *Ligni Aloës*, *Styracis*, *Ladani*, *Ambra largioris Mescho* in aqua *Rosarum* soluto. Sed hac manuum attritu multo, cetera, mollescit; vera non mollescit. *Platerius*.

*Amomum*, planta *Anomide* simili, sed inodora, ex *Armenia* delata. *Semina* dissimilitudo vitium detegit.

*Asphaltum*, id est, *Bitumen Pice* mistum, *Dioscoridi*; licet adulterari non posse, ut neque *Carobalsamum*, neque *Xylobalsamum*, scribat *Gal.* lib. 1. *Antid.*

*Erugo* multis modis adulteratur *Dioscoridi*; sed hodie sincerior videtur. Si adulteratam suspiceris, notas ex eo repete.

*Æris flos*, limata aris scobo.

*Bdellium* adulteratur *Gummi*: sed ita vitiatum, minus est amarum, & suffitu odoratum: *Dioscorid.*

*Balsamum*, id est, *Opobalsamum*, vitiatum *Terebinthina* pauca *Opobalsamo* mista, vel sine hoc *Croco Orientali*, & *succo foliorum Citri*, vel oleo *Nardino*. De quo in *Opobalsamo* plura leges.

*Bitumen* adulteratur *Pice*, ut in *Asphalto* dixi.

*Castorium* varie adulteratur. Vitium autem facile deprehendes, attentus notis quas in vero & laudatiore *Castorio* diximus in partibus animalis medicamento sis.

*Costus*, radice prædura *Helenii Comagenii*:  
sed

sed odor Helenii minus vehemens, neque caput tentans; & sapor minus acer, quam Costi.

Crocus misto Crecomagmatetuso, flore Cnici, vel ol. o & pulvere Bersilii, ut vocant: qui fricando dolum detegit, vel sape subliu: & Lithargyro, vel plumbagine, ad pondus augendum. Vtrumque minus odore vegetum est: praterea hoc est pulverulentum. Adulterati quoque Croci color & odor celeriter evanescent, veri diu permanent. Galenus primo Antidot.

Cassia odorata, corticibus Capparis & radices Tamaricis mistis.

Caphura, gummi Juniperi: sed hoc est minus odorum, & durius; illa est friabilis, & odore valentiore. Platearius.

Garyophylli vestutate exanimati, vinopulverem optimorum Garyophyllorum habente irrigantur, siccantur: foris solum Garyophyllos olent, & vix ad dies decem: molliores sunt integeris.

Carpobalsamum adulterari semine Hyperici simili, quod Petra Palastina oppido affertur, auctor est Dioscorides. Adulterari tamen non posse affirmat Galenus 1. Antidot.

Euphorbium lacte haidino, Sarcocolla & Glutini misione conspurcatur. Experimenta veri est difficilis. nam Euphorbium levi gustuos diu accendit, ita ut omnia gustata Euphorbiu respiciant. Idem iniectum igni odorem edit fastidendum, Dioscor.

Eburustum (quod cur Spodium vocet vulgus,

gus,



gus, non video) ossibus canis ustis, vel albo mar-  
more usto: id vero gravitate proditur; illud forma  
ossis, & linearum desiderio.

Galbanum mutatur Resina, Farina Fabarum  
excorticatarum, Hammonsaco, Dioscorid. ex cuius  
notu sincerum deprehendes.

Galanga acris Cypero Europaeo insipido, vel  
falso; vel Bistorta, ut vocant, radice austera: si  
vero dicta radices aceto pulverem vera Galanga  
& Piperis habente biduo macerentur, foris solum  
Galangam referunt. Platearius.

Ladanum, stercore Caprino, & pulvere nigro.  
Id autem tractando non mollescit, sed in pulve-  
rem abit, modo Ladani vetustate exsuccit. Viribus  
praeterea & odore Ladani caret, quod sic vitia-  
tum est.

Laser omne antequam siccescat, adulteratur  
Sagapeno, aut Fabae lomento: sed maleficium  
deprehenditur colore, odore, sapore, dilutione.  
Diosc.

Lycium quibusdam Amurca, Succo Absin-  
thii, Felle Tauri: sed id a viribus sinceri multum  
recessit.

Lemniam terram sic adulterant, ut nemo ve-  
ram a falsa possit discernere: sic & Lycium Indi-  
cum, & plurima alia, ut verorum nota a falsorum  
notis non exacte discerni possint.

Ligustici semen adulteratur semine quodam si-  
mili; quod facile gustu discernitur, amarum enim  
est: alii semen Foeniculi aut Sesileos admiscetes,  
Ligusticum dolo vitiant.

S

Lera-

*Lentiscina* resina, id est, *Mastiche*, *Thuris* & *Resina* *Pinea* *nutis* *mistura*.

*Moschus* *pelliculis* *incisis*, *pulvere* *carnis* *Columbina* *siccata*, *sanguine* *Hedino*, & *pane* *asso*. Si eius certum pondus pelui madenti impositum aliquamdiu, sit gravius, est legitimum; si prius minus pondus servat, suppositicium.

*Manna* *Arabum*, *Saccharo* & *Folliculis* *Senne*.

*Myrrha* adulteratur gummi macerata in aqua, in qua *Myrrha* maduerit, *Dioscorid*.

*Nardus* adulteratur *Stimmi*, seu *Stibio* cum aqua aut palmeo vino inspissationis ponderisque causa inspirato.

*Nardus* *Celtica* adulteratur imposita herba simili, qua *Hirculus* ab odori gravitate vocatur: sed herba candidior, sine cauliculo, minoribus foliis; radice nec amara nec odorata, uti vera *Nardus* est.

*Opi* omnes adulterantur addito *Sagapeno*, antequam inarescant; colore, odore, sapore dolus apprehenditur; & quia cum aqua vel saliva non mox solvantur adulterata. Adulterantur etiam *Furfure* & *Farina*; praecipue *gudiacis*, id est, qui ex caule defluit, quia dilutior; & *Chios* vero, id est, qui ex radice, perlucidior & purior. Quavis enim radice incisa aut caule, quod effluit crassum & lentum, *Ὀπὸς*, id est, *Liquor* dicitur, lib. 6. *simpl*.

*Opium*, semine *Lactuca* *agrestis*.

*Opopanax*, *Hammoniaco* aut *Cera*: tunc in aqua,

aqua, si digitis teratur, non solvitur, nec lactescit uti sincerum. Diosc.

Os ex corde cervi cartilaginofum, simili ex maiorum animalium [praesertim bovis] corde.

Opobalsamum tam varie adulterant & astute, ut eius adulteria etiam exercitatissimos fallant. Haec vero adulteria involganda non censeo, ne maligni etiam vitient à nobis edocti. Vitiatur misto unguento terebinthino, lentiscino, cyprino, balanino, susino, metopio, melle, vel Cyprina cera liquida: sed maleficium facile deprehenditur. Nam verus liquor in vestem laneam fusus, maculam non facit, & post lotionem notam non relinquit, cum vitiatus inhaereat. Adhuc merus, lac, si instillatur, coagulat; & in aqua aut lacte celerrime liquatur, & colore lactescit. Alias quasdam notas apud eundem & Simeonem, si libet, legeris potius, quam apud barbaros hoc seculo adhuc legi solitos, profunda hominum ignorantia, & magno mortalium incommodo.

Piper longum fraudulenter preparatum est, herba quadam flava, quae à Xene affertur, aspectu quidem, non autem gustu, Macropiperi similis: hac autem aqua irrigata solvitur; nativum Macropiper insolubile permanet, Gal. lib. 1. Antidotorum. Piper longum verum ex Barbaria affertur; adulteratum vero duplex est; alterum, quod in Alexandria maxime conficitur; alterum herba cuiusdam germen. Quod falsificum est, si per diem totum in humo-



re maceretur, illico liquatur ac solvitur, lib. 4. san-  
nit. tuend. Illud forte ex massa subacta aqua, in  
qua dissolutum aut maceratum sit Piper, & in  
formas effictas coniecta, post siccata. Vidi etiam  
adulteratum ex germine & velut nucamento Be-  
tula & Coryli.

Pastilli Theriaci, ex radice Pentaphylli, id est,  
Tormentilla, Venetiis male componuntur, non  
ex Viperarum carne. Hermolaus in Coroll.  
Musa.

Phu, radice Rusci admista vitatur: sed ma-  
lescium facile deprehenditur; quia haec dura  
est, frangi contumax, & sine ulla odoris gra-  
tia.

Pompholyx, taurino Glutine, ovillo vel Ma-  
rino pulmone, aut Grossis, vel quibusdam aliis  
crematis.

Pentapetalon, Pentaphyllon, Polium, nihil  
simile habent in plantis; ob id non adulteran-  
tur.

Rha-Ponticum, radice Centaurii magni. Rha-  
barbarum examinatur maceratum aqua diebus  
quinque, postea siccatum idem minus in crocum  
tingit, intus nigricat, varietatem in fracturis a-  
misit; densus est, astringit magis: ex aqua vero  
illa siccata trochisci fiunt regibus.

Pñov cum viget ac integrum est, valenter  
astringit, densum est ac contractum tota sub-  
stantia; tamen celeriter perforatur. Incola re-  
gionis in qua gignitur, coctione vires eius in  
aquam trahunt; deinde Rheum siccatum, tam-  
quam

quam integrum sit, nec coctum, transmittunt: sed id varius est & laxius integro, nullam aut minimam adstrictionem retinens. Quantum aliis notis Rheon à Rhabarbaro differat, alibi diximus.

Sagapenum, succo Laseric & Galbano, Diosc. Id non liquefcit, sed verum vino vel aqua affusa statim dissolvitur, Galen. lib. 1. Antid.

Sarcocolla pulverizata est suspecta adulterii, Diosc. à quovis pulvere misto: integra eligatur.

Styrax modis multis Dioscoridi adulteratur: sed dolus facile deprehenditur notis ab eo dictis.

Santala lignis aliis; Rubrum Bersilio inodoro; Flavum & Album ligno Cedrino odoratiore, linguam calefaciente.

Scammonium lacte Tithymali & Sarcocolla, vel Erui farina. tunc linguam minus valenter pungit & mordet.

Saccharum, intus faculentum aut spuma succi Canne eius auctum: tunc in ore vanefcit, & frustum nigricat.

Turbith, Gummi dissoluto quibusdam radicibus extremis illito: verum autem si frangitur, gummosum est intus.

Thamar-Indi Prunis adulterati non splendent, humidiores sunt; sapore & nucleo Prunorum multum à semine Tamar Indorum diverso.

Thus, Pini Resina, & Gummi. suffitum autem Gummi flammam non edit, Resina autem



*in fumum vaneſcit; Thus ſtatim ardet. Odore etiam maleficium proditur.*

*Thuris cortex, Pini aut Nucis Pineæ cortice: horum tamen index ignis. nam reliqui cortices ſuffiti, quamquam incenduntur, ſine odore ſumant; Thuris vero cortex ardet, & odorum ſumum edit.*

*Thuris manna adulteratur cribrata Pini Reſina, aut polline aut cortice Thuris conuſo: ſed hac igne deprehenduntur.*

*Hæc abunde fuerint, ei præſertim qui veras ſimplicium ſincerorum notas, ex noſtro libro ſimplicium primo accurate didicerit. Nam cum rectum ſui & obliqui ſit index, ut initio ſecundi docuimus, & in unoquoque rerum genere quod perfectiſſimum eſt, idem ſit ſimplex ac unicum: id ſi cognoveris, alia ei congeneria, aut etiam arte affinia, nullo negotio ſecreueris.*

## SIMPLICIS ALICUIUS NOMINE ABSOLVTE SCRIPTO, QUID ACCIPIENDUM.

**I**AM tradamus, *Simplicis alicuius nomine ſcripto absolute, & ſine determinatione ſexus, coloris, magnitudinis, figura, loci, temporis, vel notarum probitatis aliarum, vel partis eius ſimplicis, radicum, foliorum, florum, ſeminum, &c. quodnam ſit eligendum. nam*

*pro*